



---

## Urkunde

**Privilegium für Allerheiligen von Papst Urban II.** Dieser bestätigt die Freiheiten des Klosters Allerheiligen. Die Mönche haben die freie Wahl des Abtes. Der Konstanzer Bischof muss denselben gratis weihen. Zum Zeichen dieser erlangten Freiheit hat das Kloster alljährlich zum Gebrauch des Papstes und seiner Nachfolger eine Stola und ein Cingulum an das Lateranense palatum zu entrichten.

Urkunden 1/12



## Identifikation

<b>Titel</b>	Privilegium für Allerheiligen von Papst Urban II. Dieser bestätigt die Freiheiten des Klosters Allerheiligen. Die Mönche haben die freie Wahl des Abtes. Der Konstanzer Bischof muss denselben gratis weihen. Zum Zeichen dieser erlangten Freiheit hat das Kloster alljährlich zum Gebrauch des Papstes und seiner Nachfolger eine Stola und ein Cingulum an das Lateranense palatum zu entrichten.
<b>Signatur</b>	Urkunden 1/12
<b>Entstehungszeitraum</b>	06.03.1090
<b>Archivalienart</b>	Urkunde
<b>Altsignatur</b>	UR 12
<b>Ausstellungsort</b>	Rom

---

## Inhalt und innere Ordnung

**Überlieferungsformen** 00366c2676ba4b1f876a326027b814dc

---

## Zugangs- und Benutzungsbestimmungen

<b>Physische Benutzbarkeit</b>	Frei einsehbar
<b>Schutzfrist</b>	0 Jahre

---

## Sachverwandte Unterlagen

<b>Editionshinweise</b>	SBVG, Bd. 1, S. 96. – Baumann, QSG 3, Nr. 11. – Brackmann GP 2, 2, 12, 4. – Mommsen S. 8–10, Nr. 5.
<b>Editionstext</b>	Mommsen 5. Papst Urban II. bestätigt die Freiheiten des Klosters Allerheiligen. Die Mönche haben die freie Wahl des Abtes. Der Konstanzer Bischof muß denselben kostenlos weihen. Zum Zeichen dieser erlangten Freiheit hat das Kloster alljährlich zum Gebrauch des Papstes und seiner Nachfolger eine Stola und ein Cingulum an das Lateranense Palatum zu entrichten 1090 März 6. Rom Urbanus episcopus servus servorum dei, karissimo filio Sigefrido, abbati monasterii, quod in loco Scaphuson ad honorem omnium sanctorum situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Potestatem ligandi atque solvendi in celis et in

## Sachverwandte Unterlagen

terra beato Petro eiusque successoribus auctore deo principaliter traditam illis ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est dominus allocutus: «Quecunque ligaveris super terram, erunt ligata et in celis, et quecunque solveris super terram, erunt soluta et in celis»(1). Ipsi quoque et proprie firmitas et alienae fidei confirmatio eodem deo auctore prestatur cum ad eum dicitur: «Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, Petre, et ei aliquando conversus, confirma fratres tuos! » Oportet ergo nos, qui, licet indigni, Petri residemus in loco, prava corrigere, recta firmare et in omni ecclesia ad interni arbitrium iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant equitatem. Tuis igitur tuorumque fratrum, in Christo dilectissime Sigefride, iustis petitionibus annuentes, cenobium vestrum, quod in honore omnium sanctorum edificatum est in loco, qui dicitur Scaphuson, in apostolice sedis tutelam specialiter protectionemque suscipimus. Per presentem igitur nostri privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut, quecunque hodie idem cenobium iuste possidet sive in crastinum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem cenobium temere perturbare aut ei subditas possessiones auferre, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Obeunte te nuc eius loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus, ibi qualibet subreptionis astutia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris elegerint. Electus a Constantiensi episcopo consecretur, si catholicum eum esse constiterit, et si gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et si gratis ac sine pravitate omniique transactione seposita benedictionem conferre voluerit. Alias liceat abbatii catholicum, quem voluerit, adire antistitem et ab eo benedictionis sacramenta suscipere, qui nostra fultus auctoritate, que postulatur, indulget. Idem etiam de oleo sancto, de consecrationibus altarium sive basilicarum, de provectionibus etiam monachorum presentis pagina auctoritate statuimus. Vos igitur, fili in Christo karissimi, oportet regularis discipline institutioni sollicitius ac devotius insudare, ut quanto ab secularibus estis tumultibus liberi, tanto studiosius placere deo totius mentis et anime virtutibus anheletis, precipue studeatis Romane ecclesie decreta veneranda servare, cuius patrocinio ab omnium iugo viventium estis annuente domino premuniti. Ad indicium autem percepta huius a Romana ecclesia libertatis per annos singulos ad nostri nostrorumque successorum usum cotidianum stolam et cingulum Lateranensi palatio persolvetus. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes aut iudex aut persona quelibet magna vel parva, potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi et ecclesie corpore eum auctoritate potestatis apostolice segregamus, conservantibus autem pax a deo et misericordia presentibus et futuri seculi conservetur. Amen. Amen. Amen. Scriptum per manum Gregorii secretarii atque notarii sacri palatii. (Rota) (Benevalete) Datum Rome per manus Johannis sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis pridie nonas marcii, inductione XIII., anno dominice incarnationis MXCo(2), anno vero pontificatus domini Urbani pape II. secundo. 1 Nicht aufgelöst. 2 zu lesen ist eigentlich MLC oder MIC, soweit das die abgeschabte Stelle erlaubt. Indiktion und Papstjahr weisen aber eindeutig auf 1090.

### Abschrift

Abschriften 4, Bd. 7, S. 15, 155; Bd. 11, S. 53. – Abschriften 10, Bd. 1, S. 431.

### Regesthinweis

Hidber, Nr. 1449. – Jaffé-Löwenfeld Nr. 5429. – Gamper AH, S. 289.

---

## Weitere Angaben

### Anmerkungen

Davon auch ein Vidimus von 1471, siehe bei Urkunden 1/10; auch 1 Kopie auf einer Pergamentrolle, siehe Note zu Urkunden 1/10.

---